



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Stvdio Perfectionis Libri Dvo**

**Crombecius, Johannes**

**Mogvntiæ, 1614**

XXVIII. Industria tertia: actus internos ad Negotiationem spiritualem promouendam externis præstare; hos tamen internis subinde plurimum vsui ac subsidio esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

continua hac concussione, mortificatione, actibus repetitis fortiter & constanter impatiens. Sic hostis eiusque regnum aquantur solo, delentur reliquiae, victrixque animus de hostibus gloriose triumphat. Magna haec industria est, si tamen par ei respondeat diligentia: quod vero actibus vtilius fieri contingat, internum an externis, nondum dictum est.

## C A P. XXVIII.

*Industria tertia: actus internos ad Negationem spiritualem promouendam exacte prestare: hos tamen internis subinde plurimum vsui ac subsidio esse.*

*Conscientia nostra domus & officina quadam.*

164. **I**NDUSTRIA tertia magni momenti planeque necessaria, si spiritus sanctus limus euadere: suadet enim nobis vltimam persepe versemur, ibi domicillum mentis damus, tamquam officinam quandam sanctissimam, in qua omnia opera nostra elaboramus. Illic conscientia nostra, illic mens, voluntas & memoria, passionelque naturae singulae, multa continent & bona & malae: horum sedes illic est, & virtutum: vitia quaedam plurima fortasse, virtutes aut nullas, aut admodum remissas, inueniemus. quod si verum quantum operis & occupationis nobis est eruendis ac euellendis tot peccatorum rudera

tot vitiorum fibris ! at non minus operæ  
 erit, virtutes comparare, illas in uehe-  
 ac locis suis, quæ vitia occuparunt, reponere.  
 Hanc officinam describit eleganter D. Gre-  
 gorius in illa verba Iob, *Qui adificant sibi solitu-*  
*Sancti viri, ait, qui nihil huius mundi appetunt, rat. c. 34. in*  
*illis proculdubio in corde tumultibus premuntur. inuio.*  
*motus à cu-*  
*cordis manu sanctæ considerationis eiciunt : &*  
*transitoria cuncta despiciunt, ex his nascentes*  
*cogitationum insolentias non patiuntur : solam nam-*  
*que eternam patriam appetunt : & quia nulla huius*  
*mundi diligunt, magna mentis tranquillitate perfru-*  
*tur. vnde & recte dicitur, Qui adificant sibi solitu-*  
*nes. Solitudines quippe adificare, est à secreto cordis*  
*desideriorum terrenorum tumultus expellere, & vnâ*  
*contemtionem eternæ patriæ in amorem intimæ quietis*  
*conuolare. An non cunctos à se cogitationum tumultus*  
*expulerat, qui dicebat : Vnam petii à Domino, hanc*  
*requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus die-*  
*bus meæ ? à frequentia quippe terrenorum desi-*  
*deriorum fugerat, & ad magnam videlicet solitudi-*  
*nem semetipsum contulerat: vbi eo tutius nihil extra-*  
 *se conspiceret, quo incompetens nihil amaret. A tu-*  
*multu rerum corporalium magnum quendam seces-*  
*que naturam petierat, quietam mentem: in qua tanto purius*  
*Deum cernebat, quanto hunc cum se solo solum cerne-*  
*bat. Hæc Gregorius: vbi excellentem officinam*  
*bonorum operum, quietisque incredibilis, æ-*  
*si verum edificat; suadens eius inhabitationem, si pacem*  
*nobis esse habere, si mentem cultam & ornatam, si hostes*  
*deuotos expulsos, si virtutes acquirere, si Deum*

hospitem habere velimus. Nec tantum pax illa  
 præsens est, quando tumultus illi ac motus re-  
 belles absunt, planeque oppressi sunt; sed & con-  
 pulsio ipsa hostium sua voluptate ac quiete  
 caret, ut enim victor eximia voluptate afficitur  
 persequendo fugientem hostem, spolia denique  
 hendo, extrema denique belli delendo: sic  
 qui victoriæ nonnullam partem in se obtinuit  
 dum fortunam persequitur, non modo letitiam ex-  
 di ansam nactus est, sed & summa voluptate  
 ac gaudio perfruitur. D. Bernardus, ad  
 prima illa de se victoria, memor consolationum  
 quas pœnitentiæ tempore expertus fuerat  
 præteritos pœnitentiæ transactæ dies reco-  
 lans, eosdem rursus optabat: existimans  
 lam voluptatem cum ea, quam in pugna  
 cum vitijs experimus, esse comparandam.  
 165. Sed ideo vera solidaque voluptas  
 quia in proprio domicilio percipitur, ubi  
 ptatis omnis regnat auctor. Hic nos com-  
 rari conuenit: ecce enim regnum Dei intra  
 dicit Dominus non extra: & omnis gloria  
 gis ab intus. Animalia quatuor, de quibus  
 nes in Apocalypsi, (qui sunt quatuor Euan-  
 listæ intus plena erant oculis: quibus plena cog-  
 nitio scientiaque rerum diuinarum, prudentia  
 agendarum ac prospiciendarum, designantur  
 Eisdem oculis, & multo maiora, nobis opor-  
 D. Paulus in interiori homine. *Ut det, inquit, opor-  
 tis, secundum diuitias gloriae suae, virtute corroborat  
 per Spiritum eius, in interiorum hominem, Christi  
 habitare per fidem in cordibus vestris, in caritate*

*Simile.*

*Interna  
 voluptas  
 præstantis-  
 sima.  
 Luc. 17.  
 Psal. 44.  
 Apoc. 4.  
 Ezech. 1.*

*Ephes. 3.*

Et ergo sanctus Apostolus nos corroborari in *2. Cor 4.*  
 quia is, qui foris est, noster homo facile corrup-  
 tur: is autem, qui intus est, renouatur de die in  
 diem; quod fit, dum sanctis operationibus inte-  
 rius virtutes augemus, pellimus socordiam, &  
 quicquid per calorem noxiū tentationum fer-  
 endo: sic foris spiritualis detrahitur, reparamus.  
 Ex quibus colligo, nobiliorem internum  
 esse hominem: externus enim  
 a voluptuoso corpore regit, internus totum hominē  
 moderatur: Internus natura constat & gratia,  
 externus natura terminatur: externi facultates  
 corporeę sunt maxime, interni plane spirituales  
 & diuinę. Quantum ergo animus præstat cor-  
 poris, tantum & facultates animę corporeis  
 facultatibus antecellunt. Quod si rerum no-  
 bilitatem ex ipsarum ortu metimur, nobiliores  
 quoque erunt animę functiones functionibus  
 corporis: quod illę à nobilissima anima produ-  
 cantur; hæ vero à potentiis oriuntur corporeis,  
 quę facile & corrumpuntur & falluntur. & quā-  
 vis ab humo homo appelletur, à mente tamen  
 & actionibus cœlestibus, potius quam à cor-  
 pore terrenisque affectibus, hominis nomen  
 meretur: non enim quia edit, ambulat, mouetur  
 (quod brutis quoque commune est) hominem  
 esse decernimus; sed quia intelligit, bonum  
 honestum appetit, æterna desiderat, discer-  
 nit mente & cogitatione, atq; in iis rebus, quas  
 beatę mentes perpetuo versant, conquies-  
 cit.

*Hominem  
 internum  
 externo  
 præstare.*

67. Operationū enim hominis alię à solo ho-

Hh h 4 mine

*Varia ho-  
minum ope-  
rationes.*

1.

*Animales.*

2.

*Nationales.*

3.

*Mixta.*

4.

*Supernatu-  
rales.*

5.

*Plane natu-  
rales.*

6.

*Irrationa-  
les.*

*Actio ex-  
terna ab in-  
terna depen-  
det.*

mine externo seu vita animali prodeunt: quæ sunt nutritio, somnus, sensuum usus, ambulationis, quæ à mente non pendent: aliæ sunt omnino internæ: quæ etsi phantasmatibus à rebus corporalium speciebus acceptis formantur, nullo tamen corporis sensu perficiuntur: hæc est intellectio, cogitatio rerum futurarum, præteritarum memoria. Quædam mixtae sunt utriusque partis officii: ut dum tensate loquimur, dum scribimus, artificiose pingimus. Hæc autem omnia naturæ vires non superant. Sunt naturalia quædam, cum gratiæ diuinæ auxiliis subinde operamur: quæ cum corporeis facultatibus efficiuntur, externa vocantur: inchoata vero, cum exterius non prodeunt. Illud certum est: quæ exterius fiunt, si ab animo lente ac prudente non proficiuntur, non sunt humana quam naturalia, aut animalis communia, esse censenda: ut si amens eloquatur, rideat infantulus, dormiens scalas conscendat, quod libertas absit, bonitatis nihil in iis est, test. Sæpe fit etiam ut in homine prudente actiones à sola phantasia profluât: & licet videri possit is quid dicat, quid agat: id tamen non considerat, habens nempe ad agendum imaginationem quæ nationi suæ remissis. Familiaria hæc sunt quæ exploratissimis, qui, cum graue ac laboriosum munus sibi semper esse præsentis, remittuntur interdum animos, & vix vllum superioris animi conatum adhibent.

168. Exploratum vero est, actionem bonam nullam esse posse, quæ à ratione non oriatur.

est enim libertatis fundamentum: sine qua  
 rali ter bonum nihil possit æstimari. Interna  
 o, vt constat nullo exteriori sensu aut facul-  
 indiger, sed per totam suam PERFECTI-  
 ONEM assequitur: non ita externa  
 quo plura à ratione internisque præsi-  
 diis  
 tuatur, eo in suo genere perfectior est. vnde  
 maior libertas, intèrior animi conatus, am-  
 enior gratia, lumen maius, finis melior, eo etiam  
 præstantior est.

Quare male sibi consulunt, qui, toti diffusi  
 externa, ab interno homine parum admo-  
 re is fun-  
 am accipiunt, si quod illud sit forte, naturam  
 non excedit: opus igitur erit naturale: & si bo-  
 num est, bonitatem sortietur naturalem, non a-  
 : quia tota bonitas exterioris operis à bo-  
 nitate voluntatis dependet: id enim solum lau-  
 dignum est, atque eatenus commendatio-  
 nem meretur, quatenus à bona, recta, & hone-  
 stavoluntate proficiscitur: ipsa namque est for-  
 ma veluti actionis: quodque in se, dum actum  
 enititur, continet, actui suo tamquam proli cõ-  
 municat: & sicut filius matris naturam speciem-  
 que sortitur, sic & actus exterior naturam spe-  
 dum im-  
 etemque agentis voluntatis, internique actus, à  
 quo exterior promanat, induit: à se vero exterior  
 nullam formalem bonitatem habet, quæ virtu-  
 tem nomen mereatur, sed eam omnino ab inter-  
 no desumit: & ex ea parte, siue actus externus  
 adiungatur, siue non, nulla bonitatis præte-  
 rea fiet accessio. vnde sancti Patres tantum me-  
 riti bonæ volûtati tribuunt, quando aliud nõ licet

Hhh 5 quan-

*Omnia bo-  
 nitas actus  
 exterioris  
 desumitur  
 à bonitate  
 interne vo-  
 luntatis.*

1.

2.

*Simile.*

3.

quantum si opus exterius præstaretur. hinc D. actus

Bernardus : *Quid* (inquit) *plenius, quam* actus

*voluntas pro facto reputatur, ubi factum excludit* actus

*cessitas? Idem confirmat Marcus Eremita. Dicitur* actus

*ait, actiones secundum propositum asumat* : actus est

*buat enim, inquit, tibi Dominus secundum cor* actus

*Idem probat Augustinus de peruersa voluntate, dif-* actus

*te sine actu externo. Ut intelligas, ait, libidinis* actus

*in adulterio malum esse, sicut etiam non contem-* actus

*facultas concumbendi cum coniuge aliena; placet* actus

*tamen aliquo modo sit id eum cupere, & si possit* actus

*detur, facturum esse: non minus reus est, quam si* actus

*pro facto deprehenderetur. Philo etiam Iudæus* actus

*tuit par esse maleficium, patrasse eadem, &* actus

*creuisse, cui accinit Satyricus:* actus

*Has patitur pœnas peccandi sola voluntas;*

*Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum,*

*Facti crimen habet. —*

Hæc à Patribus, hæc à profanis etiam  
repetita fundamento optimo nituntur. *non*  
nim actus exterior bonitatem formalem  
distinctam ab interna, à qua, quidquid  
continet, haurit.

4. Est deinde actus exterior effectus necessarius  
consequens ex voluntate interiore, sine  
ua intentione seu progressu in bonum  
stus: quid ergo meriti aut bonitatis adderet  
ternæ actioni? meritum enim ac bonitas  
lis in illo progressu seu tendentia in bonum  
nestum consistit.

5. Denique actus exterior sæpe non est in  
stra potestate; virtus autem & omnis moralis  
boni-

*Epist. 77.  
post me-  
dium.*

*Lib. de lege*

*spirit. c.*

*184. tomo.*

*s. Biblioth.*

*Patrum.*

*Psal. 19.*

*Li. 1. de li.*

*bero arbit.*

*t. 3.*

*Li. de con-*

*su. lingua-*

*rum.*

*Iuuenalis*

*Satyræ. 13.*

tas libertati nostræ subest, neque nobis  
 auferris potest, aut impediri.

Quod si de merito, vel gratiæ augmen-  
 titur quæstio; illud euidenter est, corpus ipsum  
 esse non posse gratiæ supernaturalis; cu-  
 sedem esse diximus animæ rationalis essen-  
 tia, diffundi que in potentias velut in riuulos,  
 quibus actiones meritoria profluunt. Petat  
 ergo ab anima ratione prædita bonitatem om-  
 nem necesse est, sine qua membra nostra à bru-  
 tum membris parum discrepant. Ex quo cõ-  
 statur, omnem honestatem moralem, meriti-  
 que rationem, ab animi internis motibus esse  
 requirendam.

Illud magni momenti est, nosse vtrum  
 actibus internis, an vero externis, sit incho-  
 andum PERFECTIONIS studium; & v-  
 tra actionum alteri præstet. In quo in primis in-  
 timis cuiusque habenda ratio est: qui enim  
 primum ad Deum conuertuntur, sequuntur  
 impulsu spiritus; quem cum ratione discer-  
 nere nequeant, quod sensu magis quam iudicio  
 imitantur, summa vi in opera exteriora ferun-  
 tur, quales sunt orationes vocales, peregrin-  
 ationes, ieiunia; sensumque longo vsu ac expe-  
 rientia in sese redeunt, magnisq; luminib. illu-  
 strati in spirituales atq; excellentes viros euadunt.  
 Hæc a naturæ plane conueniens est, quæ  
 ab imperfecto ad perfectum procedit. quod in  
 triplici mundi statu perspicue elucet: primus  
 enim legi naturæ initio homines subiecit, sine  
 illa lege scripta: quam si ducem secuti fuissent,  
 illis

6.

*Opera ex-  
 terna ab in-  
 terno me-  
 ritum suum  
 petere.*

*An ab ex-  
 ternis, an  
 ab internis  
 actibus. stu-  
 dium Per-  
 fectionis  
 inchoan-  
 dum.*

illis gratia ad salutem promouendam non de-  
fuisse. Secundo mundi statu Legem scribitur  
cui, & Synagogam instituit, in qua Lex ipse  
bulis reddita legeretur. vtraque ad sui  
CTIONEM aspirabat; quam verus legislator  
Christus Dominus addita gratia constituit.  
D. Paulus: *Primus homo de terra terrenus, secundus  
homo de caelo caelestis. & : Prius quod animale, de-  
quod spiritale.* Cucurrerunt Apostoli duo ad  
numentum, Petrus & Ioannes. hic alterum  
uertit, non ramen introiit prior; sed Petrus  
qui auctore Gregorio Synagogam designat  
vt B. Ioannes gratia statum. Exuendus ergo  
mum vetus homo: induendus postmodum  
uus, quo spirituales euadamus: vnde mirum  
est, si initio non statim intremus in nos, sed  
terioribus actibus occupemur.

*1. Cor. 15.  
Ibidem.  
Ioan. 20.*

*Interna  
hominis  
conuersa-  
tio, seruo-  
ris externi  
causa est.  
Sap 7.*

171. Nemo fallatur tamen, ratus opera illa  
terna sic externa esse, quasi ab interna radice  
prodeant: ab intimis medallibus, ab vberibus  
fusa gratia manant, & animo maxime in-  
lisque qui recenter ad Deum traducuntur  
drat quod Salomon de sapientia praedicat,  
*nibus mobilibus mobilior est sapientia.* illa enim  
ronem suam dum mouet, condiciones ignis  
li attribuit: vt animo ac corpore omnia, ad  
impellitur, summo ardore ac celeritate con-  
ciat.

*Super E-  
zech. hom.  
20.*

Non sic qui occupationes quaerunt exte-  
ne internis vacent; & in illis ita occupantur,  
nihil ab interno depromatur. de quibus ait Gre-  
gorius: *Dulce est esse in reb. humanis: sed ei qui ad  
deus*

caelestibus gaudia nulla gustauit : quia quanto mi-  
 serius aeterna intelligit, tanto delectabilius in tempora-  
 ribus quiescit. Hæc Gregorius. Hi admodum  
 proficiunt, passiones suas numquam  
 mutant, opera illa sic facta vix quidquam de-  
 trahunt; quia in vitiorum inclinatione detrahunt; quia in  
 aeterno homine, à quo omnis ratio destruendi  
 vitiosos habitus profluit, inaduersum vitium  
 nulla vis impingitur. Quare, etsi nonnulli soli-  
 tudinem ingrediantur, terram fodiant, corpus  
 macerent, addant flagra ac ieiunia; si ab animo  
 procedenti non procedant, hæc ipsa laterem lauât,  
 profecto Æthiopem non dealbabit.

Itaque male sibi consulunt, suoque Ordini,  
 Superiores Religionum, qui cum nouitios ad  
 probationem admiserint, de spiritu non sunt  
 solliciti, modo tantum & cærimonias bene ad-  
 obseruant, certasque consuetudines obseruant.  
 Non est mirum, si grandiores facti, & ad pro-  
 fessionem admissi, eosdem Superiores contem-  
 nunt; vanitati amplius studeant, quam profe-  
 ctui spirituali; corporis ventrisque cultum di-  
 uino obsequio præferant: quia non à spiritu,  
 sed à littera cœperunt, in carnem degenerant.  
 Quare optime monet Augustinus à corde cul-  
 turam nostram esse inchoandam. *Abscindamus,*  
*virgulta spinarum de agro cordis nostri, ne desi-*  
*gant in nobis altas radices: scimus enim quod cor no-*  
*strum ager est Domini nostri IESV Christi: excola-*  
*mus eum caelestibus disciplinis, & non sinamus in agro*  
*Imperatoris seminari Zizania, sed cunctis flo-*  
*ribus virtutum decoremus: quia in his delectatur om-*  
 nipo-

*Qui toti  
 exterior et  
 sunt, parum  
 proficiunt.*

*Cærimonia  
 Religionis  
 sine spiritu  
 parum  
 proficiunt.*

*Li. de salut.  
 docum. ca.  
 34. tom. 4.*

*Cant. 2.*

*Cant. 2.* *nipotens Deus, sicut & in Canticis Canticorum legitur: Ego flos campi & liliū conuallium. id est: Ego decus mundi, & uirginitas humilium.*

172. Vbi ergo studiosus PERFECTONIS alligat, & aliquid de interna domo, de prauis habitibus, de passionibus, & obfirmata consuetudine, de concupiscentiæ rebellionē potest cognoscere: sibi tum demum persuadeat in internis operationibus externis esse efficaciores, ad pedes ex animis nostris vitiosas inclinationes

*Internas actiones efficaciores esse ad euellenda ex animis vitia, quā externas.*

*1. Tim. 4.*

*Isaia 41.*

*Ezech. 34.*

*Corporalis exercitatio, ait Apostolus, ad modum utilis est, pietas autem ad omnia utilis est. cui si operam sedulo dederint, iisdem victoriam de internis hostibus Dominus pollicetur, per prophetā Isaiam dicens: Quares eos, & non inuenies viros rebelles tuos: erunt quasi non sint: & velut sumptis homines bellantes aduersum te. item per prophetam Ezechielē: Et scient quia ego Dominus, cum contriuero catenas iugum eorum, & eruo eos ab manu imperantium sibi.*

173. Vis enim tanta est internarum abominabilium, cum ad passiones animi victoriarum radices euellendas, tum ad virtutes virtuosas constituendas, quanta nulla esse potest externarum actuum, ubi præsertim animi contentio negligitur. Rationibus id euadet manifestum

*Rationibus probatur.*

1.

Qui enim in seipso commorans internis abominabilibus vitium aliquod cupit euellere, primum seipsum sapientius illud obiicit, de quo cogitat, eius turpitudinem videt, odit deinde & execratur: quod fit, ut non facile illud admittat: ex quo utilitatis consequitur, ut cessatione vis omnium

peccati enervetur, & paulatim conci-

Accedit, sentes & tribulos hosce in iisdem  
 cultatibus radicem fixisse, in quibus virtutes  
 collocantur; vt pertinacia in intellectu, cu-  
 litas gloriæ in voluntate. Quemadmodum  
 go libere in easdem facultates admissæ sunt;  
 eadem libertate pelluntur, & quidem pro-  
 me: nihil enim æque vicinum est vitio, quam  
 us domicilium. Canem è domo qua ratione  
 gabis, si in domo non fueris? Si reptus fieri  
 potest exterius, ad timorem incutiendum; iaci  
 apides vel glandes; sed non tanges, si se conti-  
 neat, abdatque intra penates. Canis est concu-  
 sencia, & perpetuo latrat; nec quietem nobis  
 e noctuq; tribuit: non expelles foras, etsi cor-  
 us tuum sæpe quatias, pectus tundas; timet in-  
 ternum sustem illius domini, apud quem ho-  
 spitatur. Quare frequenti iudicij submissione,  
 & detestatione pertinaciæ, aut vanæ gloriæ, pel-  
 luntur canes isti, cum se domi male tractaria-  
 maduertunt.

2.

*Apta simi-  
litudo.*

Adde facultates externas remotius vitia tan-  
 gere, imo nullo modo, nisi ratione interne ope-  
 rationis, à qua vim omnem accipiunt: nec ex se  
 in vitij destructionem tendunt, nisi ratione in-  
 ternæ directionis ac relationis.

3.

Diuis Paulus fortissimum in hanc rem pro-  
 fert argumentum: vult enim spiritu omnem  
 profectum nostrum contineri. *Si spiritu, in-  
 quit, viuimus, spiritu & ambulemus.* quibus ver-  
 bis statim subiicit: *Non efficiamur inanis gloriæ  
 cupidi*

4.  
*Gal. 5.*

*cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. In-*  
*nuans quod ubi spiritu ambulare definitus, &*  
*hostem domesticum durius tractare, vanitas &*  
*æmulatio statim caput exerunt. Item. Si spiritus*  
*etiam carnis mortificaueritis, uiuetis. Spiritus enim*  
*qui carnis regnum destruit, & maculas ab-*  
*igit. ut enim oculi maculam oculus ipse purgare*  
*non valet, aut excludere; sed aliena manu*  
*est: sic nec animus suas maculas: gratia diuina*  
*res addit, ut seipsum iuuet, rodentemque*  
*culum expellat.*

” Christianissimus Gallie Rex Henricus  
 ” visitaret cænobium quoddam Carthusien-  
 ” quæsiuit ex probo Religioso eiusdem Mon-  
 ” rii, quænam esset differentia inter ipsos, &  
 ” cietatis JESU Patres, in ratione quæ-  
 ” PERFECTIONIS. cui ille respondit, se futu-  
 ” per carnem spiritum, Societatis Patres spu-  
 ” carnem, Deo rationique subicere. quo tem-  
 ” so innuit, utramque viam utilem & saluam  
 ” posteriorem tamen esse compendiosiores  
 ” deo Christus Dominus adoratores suos  
 ” Deum adorare in spiritu & veritate. & Spiritus  
 inquit, qui uiuificat, caro non prodest quidquid  
 occidit, dicit Apostolus. spiritus autem uiuificat.  
 que: Spiritu ambulate, & desideria carnis non per-  
 tis. Atqui spiritus hic in internis hominis pot-  
 tiis potissimum residet, non in corpore: imo  
 ro ac spiritus, ut hostes infensissimi, perpet-  
 confligunt: caro enim concupiscit aduersus spiritum  
 spiritus autem aduersus carnem, ut non quæcumque  
 tis, illa faciatis: quis ergo dubitat interius imp-  
 fortis

Rom. 8.

Simile.

Ioan. 4.

Ioan. 6.

2. Cor. 3.

Gal. 5.

Ibidem.



tanto pondere tandem aliquando non con-  
nuatur.

## C A P. XXIX.

*Industria quarta: actus exteriores Neg-  
tioni spirituali non modo utiles esse,  
sed etiam necessa-  
rios.*

*Actus in-  
teriores per  
exteriores  
fieri melio-  
res.*

174. **F**It interdum actus interior (quæ  
ta est industria) longe melior & ex-  
lentior, si eidem exterior adiungatur. Con-  
git enim actus interiores & intendi & em-  
cari, crebroque excitari, quando spes affe-  
operis externi perficiendi; à quibus quæ-  
omnino desisteret, si facultas non ad-  
peris. quod videre est in eo qui Religio-  
gressum meditatur: si enim desiderium  
gnum sit, & spes admissionis affulgeat,  
rime ea de re cogitatur, augenturque des-  
quæ ut finem assequantur, multa alia opo-  
hibentur.

2. Deinde contingit actum internum  
nuari ac produci ratione externi operis;  
lico succisus fuisset, si opus externum non  
fer secutum: quod facile perspicitur in sol-  
nioribus Ecclesiæ cærimoniis, processione  
sacrificijs, quibus fidelium pietas fouetur  
retinetur.

3. Denique contingit sæpe interiorum actum  
vehementiorem fieri accendique in externis